



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

S. Martini Collegivm Metropolitanum Vltraiectense, & alia eiusdem Vrbis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Multi Begginas virgines, quarum apud Beggas plurimi ac copiosi sunt conuentus, à Sancta Begga nomen, & institutum accepisse existimant. Et verò multa hodieq; Begginis ^{Beggina-}
cum virginibus istis, quas Canonicas nuncu- ^{rum Vir-}
pamus, sunt communia, ut potè quod vtrisq; li- ^{ginum o-}
gitum sit ad nuptias transire, & separatim ha-
bitare. Perpetuo enim Castitatis voto sese ob-
stringere nec hę nec istæ solent. Quanquā non
sum nescius, multos contendere, olim Cano-
nicarū istarū, vt ceterarum virginū collegia, si
non omnia, saltem pleraq; voto sese castitatis
perpetuæ solita obstringere; et si id ipse Cano-
nicæ ægrè forsitan admittant. Qua de re vide
Molanum libro de Canonicis.

CAPUT XX.

S. MARTINI COLLEGIVM METRO-
politanum Ultraiectense, & alia eiusdem
Vrbis.

IN Dicecesi Ultraiectina opida muris cin-
cta sunt ista: Ultraiectum, Amersfordia,
Narda, Muda, Vesopia, VVœrdena, Leida,
Haga comitis, Delfi, Brila, Gerflitum; Schi-
damum, Vlardinga, Roterodamum, Dordra-
cum, Gorcomium, Hukela, Aspera, Tiletum
siue Tiltum, Bura, Culenburgum, Viana, A-
qua veteres, Sconhouia, Gauda, Montfor-
tum, Iselstenium, Rhena, VVageringa,
Arnhemium, Embrica, & Huissenium. Ex
quibus

quibus duo posteriora opida publicum hodi-
eque habent exercitium Religionis Catholi-
cæ.

In vrbe porrò Vltraiectina quinque sunt
Canonicorum collegia, videlicet *S. Martini*,
S. Saluatoris, *S. Petri*, *S. Ioannis Baptiste*, & *S.
Mariae*.

Est autem Vltraiectum, medij æui scrip-
toribus Traiectum, Vetus Vrbs Batauorum
ad Veterem Rheni alueum sita: in qua sedem
Episcopalem cōstituit S. VVillibrordus, pri-
mus Frisiorum (quo nomine & Bataui, Bra-
banti, alijq; populi vicini tunc cōprehende-
bantur) Archiepiscopus à Sergio Papa ordi-
natus: vt in historia gentis Anglorum tradit
Beda.

De illius Ecclesiæ origine ac progressu fu-
sè tractant Ioánes Becanus & Guilielmus He-
da in suis libris de Episcopis Vltraiectensibus.

PIPINI REGIS FRANCIAE DIPLO-
ma Ecclesiæ Vltraiectensi concessum.

Pipinus Rex Francorum, Vir illuſtriſſ. Si petiti-
onibus Sacerdotum in omnibus non negamus,
dominum exinde retributorem habere confidimus. I-
deoq; venerabilis vir Bonifacius Archiepiscopus ex-
petiſt, vt confirmationem de rebus Ecclesiæ *S. Mar-
tini*, quæ est constructa in vico, qui dicitur Traiecto
super fluum Rheni, - eaq; quæ Pipinus de Harſtel
donauit